

indicare: non causas indicare dubias.

De corpore eorum. Cap. iiii.

**I**nsecta ut intelligi possit: non uidentur neruos habere: nec ossa nec spinas: nec cartilaginē nec pinguia: nec carnes: nec crustam quidem fragilem: ut quædam maria: nec iure dicet cutis: sed mediæ cuiusdā inter oīa hæc naturæ corpus arēti simile neruo mollius: in reliquis partibus siccius uerius q̄ durius. Et hoc solū iis est: nec præterea aliud: Nihil itus nisi admodū paucis intestinū implicatū. itaq; diuisis præcipua uicacitas: & partiū singularū palpitatio. Quia quæcunq; est ratio uitalis: illa non certis inest mēbris: sed toto in corpore: minime tamē capite. Solūq; nō mouet nisi cum pastore auulsam. in nullo genere plures sunt pedes. Et quib; ex iis plurimi: diutius uiuūt diuisa. ut in scolopendris uidemus. Habent aut̄ oculos: præterq; sensus tactum & gustatū aliqua: & odoratum: pauca & auditum.

De apibus. Cap. v.

**E**d inter oīa principatus apibus & iure præcipua admiratio. Solis ex eo genere hoīum cāgenitis. Mella cōtrahunt succūq; dulcissimū atq; subtilissimū ac saluberrimum. Fauos cōfingunt & cæras. Illæ ad usus uitæ laborem tolerant. Opera conficiunt. Rempublicam habent: consilia priuatim ac duces gregatim: & quod maxime mirum sit mores habent. Præterea cum sint neq; māfueri generis neq; feris: tamen tanta est natura rerum: ut prope ex umbra minimi animalis incōparabile effecerit quiddam. Quos efficacitæ industriæq; tantæ comparemus neruos: quas uires: quos ratione mediūfidius uitos. Hoc certe præstantioribus quo nihil nouere nisi commune. Nō fit de anima quæstio. Conster & de sanguine: quantulum tamen esse in tantulis potest. Aestimemus potestea ingenium.

Qui ordo naturæ in eis. Cap. vi.

**H**eme condūtur. Vnde enim ad pruinas niuesq; & aquilonum flatus perferēdos uires. Sane & insecta oīa: sed minus diu quæ parientib; nostris occultata maturæ tepesūt. Circa apes aut̄ tepore locorū ue rō mutata est: aut errauerūt priores. Cōdunt a uergiliarū occasu sed latent ultra exortū. Adeo non ad ueris initium: ut dixere: nec ut quisq; i Italia de alueis existimat. Ante fabas florētes nō exeunt ad opera & labores: nullusq; (cū per cælū licuit) ocio perit dies. primū itaq; fauos cōstruūt: cæra fingunt: hoc est domos cellasq; faciūt. Deinde sobolē: postea mella: cæra ex floribus. Melliginē a lachrymis arborū quæ glutinū pariunt: salicis: ulmi: arundinis: succo: gummi: resina. Iis primū alueum ipsam intus totum: ut quodam tectorio illinūt: & aliis amarioribus succis cōtra aliarum bestiolarum auiditatis. Id se facturas conscia: quod concupisci possit. Iis deinde fores quoq; latiores circumstruunt.

De uocabulis operis. Cap. vii.

Comosus Nigri

**P**rima fundamenta operis metyn uocāt periti: secunda pissocæro: tertia propolin. Inter cœra cærasq; magni ad medicamina usus. Mitys crusta est pria saporis amari. pissocæros sup eā uenit picantiū modo ceu diluitor. Cæra initiū populorūq; emitioe gummi propolis crafioris iā materiæ additis floribus nundū tamen cæra: sed fauorū stabilimentū qua oēs sūgoris aut iniuriæ aditus obstruunt: odore etiānum graui: ut q̄ pleriq; pro galbano utant. Præter hæc conuehet. Erithace: quā alii sanderacā: alii cerinthū uocant. Hic erit apud dū operantē cibus: qui saepe inuenitur i fauore ianitatibus sepositus: & ipse amaris saporis: sed plenus humoris cibus. Gignitur at̄ rore uerno: & arborū succo: gummi modo. africi minor: austri flatu nigrior: aqilonibus melior: & rubens plurimum in græcis nucibus Menecrates florem ait esse futuræ messis indicium: sed nemo p̄ter eam.

Ex quibus floribus opera fiant. Cap. viii.

**C**æras ex oīum arborum satorūq; floribus cōfingūt: excepta rumice & chenopode. Hæbarū hæc genera. Falso excipiē spartū. Quippe cū hispania multa in spartariis mella hærbā eā sapiunt. Falso & oleas excipi arbitror. Quippe oliuæ puentu plurima examina gigni certū est. Fructibus nullis nocet. Mortuis ne floribus qdē nō mō corporib; iudunt. Operatur ita IX. pas. & sabinde cōsumptis in pxio floribus speculatores ad pabula ulteriora mittūt. Noctu dephæse in expeditioe excubāt suppinæ: ut alas a rore protegant.

De amatoribus earū. Cap. ix.

philiscana

**E**quis miret amore eaz captos. Aristomachū solensem duo de sexaginta ānis nihil aliud egisse Hyliscum uero thasium in desertis apes colentem agrium cognominatum: qui ambo scripsere de iis.

Ratio operis. Cap. x.

**A**tio operis: interdū statio ad portas more castrorum. Noctu quies in matutinum. donec una excitet omnes gemino: aut triplici bombo. ut buccino aliquo. Tūc uniuersæ puolant: si dies mitis futurus est. prædiuinant. n. uentos hymbresq; & tunc se continent tectis. Itaq; temperie celi hanc enī inter præscita habent cum agmē ad opa pcessit: aliæ flores aggetūt pedibus. aliæ aquā ore: guttasq; lanagine totius corporis. Quæ adolescentiores ad opa exeūt: & supra dicta cōuehūt. Seniores intus operatur. Quæ flores cōportāt prioribus pedibus scemina onerāt: pp̄ id natura scabra: pedes priores: rostro totaq; onustæ remeant facina padata. Excipiunt eas ternæ quaternæ exonerant. Sunt. n. intus quoq; officia diuisa. Aliæ struūt. Aliæ poliūt. Aliæ suggerunt. Aliæ cibū compant: ex eo quod allatum est. Neq; enim seperatim uescūt. ne inæqualitas opis aut cibi fiat & t̄pis